



CAPVT XXII.

DE

MODIS QVIBVS OBLIGATIO
FEVDALIS SOLVITVR.

DISTINCTIO I.

Inter Interitum rei feudalis totalem et partialem-

Nexus feudalis inter dominum et vasallum contrahitur intuitu rei in feudum concessæ. Ergo hac sublata, tollitur quoque obligatio feudalis. Inter modos igitur dissoluendi nexum feudalem primum locum occupat interitus rei in feudum concessæ. Sed adhibita nostra distinctione inter totalem, et partialem. Ille enim, non hic, finit obligationem feudalem. ¹⁾ Sed ob partialem rei interitum, salvo manente nexu feudali, seruitia tantum minuuntur vel remittuntur. ²⁾

[p. 495.]

DISTINCTIO II.

Inter vasallum & dominum absque heredibus decedentes.

Mortuo vasallo absque heredibus feudi capacibus, vel nullis relictis successoribus feu-

Mm 2 da-

1) Arg. l. 15. §. 2. D. locati-cond.; §. 3. I. de usufr.; Sam. STRYCKIVS in in exam. iur. feud. cap. XV. §. 4. Casp. Henr. HORNIUS in iurispr. feud. c. LXII. p. 1. MOEL.

2) Secundum dicta ad cap. XVIII. Dist. 4. Add. Chr. L. B. de WOLFF in iur. nat. Part. VI. §. 422. et 423. MOEL.